



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 13. Famosi libelli damnantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A.C. 1415.

§. XIII.

Famosi libelli damnantur.

Infra §. 26. **P**ostea Concilium edidit Decretum, quo libellos famosos, honorem universalis Concilii, & particularium personarum famam lædentes, proscripsit, adjecta interim excommunicationis ac carceris poena, quousque ulterius contra delinquentes procedi posset.

§. XIV.

De Cardinalium exclusione a quibusdam Congregationibus.

*Gob. Pers.
Cosm. æt. 6.
c. 94.
Spond. ad
an. 1415. n. 25*

Perlectis cunctis decisionibus, ac Synodi Decretis, Prælati quidam, ut nonnulli Scriptores referunt, Cardinales ab iis conventibus, in quibus de causa Joannis XXIII, & de reformatione Ecclesiæ ageretur, excludendos esse proposuit, quinque rationibus innixus, quas quinque veritates appellitare non dubitavit. Prima & principalis erat hæc: Non sit licitum Papæ, & Cardinalibus, interesse Conventibus, ubi ageretur de reformatione Pontificis & Cardinalium; non enim decere, illos iudices esse in propria causa. II. Puniantur illi Cardinales, qui Joannem elegerunt, scientes eum talem esse, qualis arguebatur. III.

Habe-